

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1752**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

# CAROLUS II.

## HISPANIARUM REX.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.



AROLUS anno 1661. die vi. Novemb. in lucem suscepimus, nondum quadrimus, defuncto PHILIPPO IV. patre, Rex Hispaniarum, Indianumque, nec non utriusque Siciliae (34.) renuntiatus, matrique in tutelam traditus fuit (1-3. 33.).

At hæc tamen tenerrima & ad rem quamlibet inepta novi Regis ætas, cui & singularis corporis imbecillitas accedebat, minime obfuit, quin spem de eo summam conciperent cives, atque ex nomine omen capientes, alterum CAROLUM V. sibi redditum prædicarent (4. 5. 7.): qua tamen brevi iterum destituti sunt. Tribus enim, regnante CAROLO, gravissimis a LUDOVICO XIV. Regis affine, bellis impetiti Hispani, et si ad ea plerumque non omnino imparati accederent (8. 10.), plerumque tamen inferiores discesserunt.

Primum anno 1667. ex titulo *iuris devolutionis Brabantini*, ut diximus, a Gallis illatum, anno sequenti, pace *Aquisgranensi*, compositum (9.) fuit.

Alterum, cui CAROLUS in Ordinum foederatorum gratiam unacum LEOPOLDO Imp. implicitus (11.) fuit, pace *Neomageni*, anno 1679. sotpum quidem est, nec tamen ita extinctum, ut ne CAROLUS cum Angliae Rege, ad illam contra Gallorum violencias tuendam, anno 1681. fœdus fancire (17.) atque anno sequenti arma denuo capere (19.) cogeretur; quod tamen incendium anno 1684. paëtis viginti annorum induciis (20. 37.) restinctum est.

Sed neque hæc diu durabant; novum enim idque violentum satis bellum anno 1688. exortum, pace demum *Rysvivicensi* (29. 30.) anno 1697. perfecta, finem accepit.

Sed CAROLUS non solum bellorum cura, verum etiam id cum primis sollicitum tenebat, ut regnis suis legitimum post se heredem relinqueret. Quare matrimonii foedere bis se constrinxit. Primo cum MARIA LUDOVICA *Francico-Aurelianensi*, quam sibi anno 1679. despontatam (13-15.) anno sequenti in regnum deduci curavit (16.). Sed ea anno 1689. die XII. Febr. præmatura nec opinata morte extincta, vota pro suscipiendo herede duplicata sunt (22. 23. 24.), Rexque alteram thori sociam, ANNAM *Palatino-Neoburgicam* (21-27.) sibi, at sine fructu, iunxit (21. 24-27.).

TOM. II. P. I.

Gg

Eo

CARO-  
LUS II.  
HISPAN.  
REX.

CAROLO itaque anno 1700. die 1. Novembris, cum antea iam (51.), immo per totum vitæ cursum, ex morbo tentatus fuisset, fine sobole decadente, stirps *Austriaco-Carolina* pariter extincta fuit. *Theatr. Europ. & monum. publ.*

Tab.  
XLVII.

## NUMMI MNEMONICI ET ICONICI.

### I.

Tab.  
XLVII.

CAROLVS. II. D: ei G: ratia  
HISP: aniarum ET. INDIAR. um  
REX. Protome CAROLI arma-  
ta cum longis capillis, ad tergum  
defluentibus, capite nudo, ad  
lævam converso, cum ordinis  
aurei velleris insigni.

MARIANNA. D: ei G: ratia  
HISP: aniarum ET. INDI: arum  
REGINA. GVBER: natrix. Pro-  
tome Reginæ velata, dextror-  
sum conversæ, habitu quasi re-  
ligioso, more scilicet Regina-  
rum Hispaniæ, quibus leges e-  
ius regni ecclesiasticae omnem ad  
a secunda vota aditum (a) præ-  
cludunt, certumque vestis genus  
b deferendi legem præscribunt (b).

Resignatis testamenti tabulis  
PHILIPPI IV. ad CAROLUM tota  
successio omnium provinciarum  
deferebatur; cumque sui iuris  
nondum esset, matri tutela de-  
mandata, omnesque omnium  
provinciarum res interim admi-  
nistrandæ commissæ fuerunt.

Quæ cauſſa est, cur hic cum  
filio tanquam *Gubernatrix* com-  
pareat. *M. Imp. ar. pond. sem-  
unc. 1. dr. V. L. T. II. p. 512.*

### II.

CAROLVS. II. D. ei G. ratia  
HISPAN. iarum REX. Effigies  
Regis fere ut num. præcedenti.

(a) Concil. Tolet. XIII. anni 683. can. 5.  
(b) Concil. Cæsar. August. III. anni 691.  
can. 3. cit. D. VAN LOON.

MARIANNA AVSPICIIS S. ena-  
tus P. opulus Q. ue H. annoniae  
1666. Corona regia, posita  
super pulvinari, in sella, seu men-  
sa sita.

Antiqui eiusmodi schemate  
summum imperium designare  
solebant. Extat apud Cl. OI-  
SELUM (c) numisma IULII CÆ-  
SARIS, in quo sella curulis cum  
corona laurea depicta, ad cu-  
ius utrumque latus singuli fasces  
cum securibus, *Consulum* in-  
signia, eriguntur, quibus tam  
domi in civilibus, quam foris  
in exercitu summum imperium  
Cæsaris designari docet. Hinc  
facile patet nummi huius argu-  
mentum idem esse, quod præ-  
cedentis. *V. L. l. c.*

### III.

CAROLVS. II. HISPANIARVM.  
REX. Protome Regis armata,  
fere ut num. 1. nisi quod hic  
adversa fronte repræsentetur.

MARIANNA. HISPANIAR. um  
REGINA. GVBERNATRIX. Pro-  
tome Reginæ tutricis adversa:  
cetera ut num. 1. adeoque haud  
dubie eiusdem numisma argu-  
menti est. *M. Imp. ar. fus.  
pond. semunc. 2. dr.*

### IV.

CAROL. us II. D. ei G. ratia HISP.  
aniarum ET. INDI. arum REX. ZC.  
(et cetera.) Caput Regis nudum  
ad pectus cum paludamento &

patagio

(c) In Thes. numif. antiqu. p. 478. ad Tab.  
xcvi. num. vii.

<sup>Tab.</sup> XLVI. patagio ex pellibus murinis Ponticis, cum ordinis aurei velleris tessera, a dextris sinistrorum.

In aversa Phœnix rogo insistens, solis radiis collustratur, cinctus duobus ramis oleagineis, & e cineribus suis renascens, addito lemmate: RENASCITVR. & in imo 1666.

Hanc nimirum alitem crediderunt veteres, alii quingentesimo quoque anno, alii post annos sexcentos, renovari, & magni tum simul conversionem anni fieri. Hinc in nummis antiquis sequioris ævi frequenter occurrit, rogo insistens, cum peripraphae: FELIX TEMPORVM REPARATIO.

Hisce nummis ergo, quorum VAN LOON, loco mox citando, plures exhibit, forma tantum diversos, & quos Brabantini & Flandri, cum fidei sacramento obligarentur CAROLO, percutiendos curarunt, insignia ediderunt testimonia exspectationis, quam de CAROLO, licet tum annum ætatis quartum nondum egresso, conceperant. Phœnix namque haud dubie CAROLUM V. designat, quem in hoc CAROLO rediisse quasi in orbem ominabantur, cuiusque vestigiis hunc inhæsurum sperabant. V. L. loc. cit. p. 514. ♂ 515.

## V.

Habes hic nummum priori per omnia similem. Observes tantum, CAROLUM hic co. mittem FLAN. drie adhuc appellari; quia in Flandria nummus cusus est, Gandavi scilicet. Ib.

TOM. II. P. I.

## VI.

CARO.  
LUS II.  
HISPAN.  
REX.

Adversa huius nummi pars cum eo, qui num. i. descriptus est, convenit.

Aversa globum exhibit terrestrem, superque eum coronam regiam, insertis eidem sceptro & gladio decussatis. Apparet desuper SPIRITUS Sanctus sub columbae specie, hæc omnia suo illustrans splendore. Additur lemma: TE MODERATORE.

Docetur hoc numismate qualiter CAROLUS regimen suum instituturus sit, aut instituere oporteat, si feliciter regnare cupiat: videlicet, ut sine bello, sine pace, cuncta Deo auspice & Moderatore agat. Ib. p. 511.

## VII.

CAROL. us d. ei g. ratia HISP.  
aniarum ET. INDI. arum REX.  
Insignia Hispanica coronata, aurei velleris torque cincta.

In postica HERCULIS columnae coronatae, in fluctibus maris positæ, appensis schedulis, quibus CAROLI V. symbolum: PLVS OVL TRE inscriptum. Inter eas ex undis sol emergit, ac superiorius numerus anni 1666. legitur, media manu expansa, Antverpiæ tessera. Additur lemma: REDIT. IDEM.

Egregie nummus spem Belgarum declarat, de CAROLO, novo Rege conceptam, fore, ut CAROLI V. abavi sui vestigia ad amissim sequatur, & exemplotam illustri excitatus, eius virtutes ita exprimat, ac si idem olim occidens, solis ad instar, denuo exortus fuisset. Ib.

Gg 2

## VIII.

## VIII.

CARO-  
LUS II.  
HISPAN.  
REX.

CAROL. II. D. ei G. ratia HISP.  
aniarum ET. INDIAR. um REX.  
1667. Protome Regis armata  
cum ordinis aurei velleris tessera,  
capite nudo, ad laevam converso,  
accisis nonnihil capillis.

†. PROPVGNA CVLVM. PA-  
TRIÆ. DAT. NOBIS. chronosthi-  
chon annum MDCLXVII. expri-  
mens. Delineatio urbis Caro-  
lo-Regii, insignibus munitæ o-  
peribus.

Rex Galliæ pacis Pyrenæe le-  
ges insuper habens, cum defun-  
cto PHILIPPO IV. Belgium ad  
coniugem suam, Regis mortui  
filiam natu maximam pervenisse  
contenderet; eo quod *ius devo-  
lutionis Brabantinum* (quod  
tamen de personis privatis tan-  
tum intelligendum) ita ferret,  
primum, viva matre, omnia ex-  
periri voluit, ut sine armis res  
gereretur. Hispani interim, qui,  
ne rumperetur Regis mortui te-  
stamentum, ne pedem quidem  
terræ cedere constituerant, vim  
a Rege Galliæ extimescentes,  
nihil sibi omittendum censebant,  
ne imparati imprudentesque of-  
fenderentur.

Ergo Brabantia tuendæ cau-  
sa Præfectus Belgii inter *Hanno-  
niam* & *Namurensem* Comita-  
tum, loco opportuno selecto,  
novum condidit propugnacu-  
lum, *Carolo-Regium* (*Charle-  
roy*) in Regis honorem appellatum,  
situ & operibus facile celeberrimis  
monumentis comparandum. Atque hoc ipsum in  
nostro calculo cernitur. *Ib. T.  
III. p. 4.*

(a) *Theatr. Europ.* tom. x. p. 761.

## IX.

Tab.  
XLVII.

CAROLVS. II. D. ei G. ratia  
HISP. aniarum ET. INDIAR. um  
REX. Protome Regis cum pa-  
tagio ex tæniis denticulatis, &  
torque aurei velleris: capite nu-  
do, ad laevam respiciente. Retro  
in margine nomen artificis: A.  
w aterloos.

HINC. VIGOR. INDE. ROBVR.  
Corona regia tegit ancoram,  
& palam, terræ infixam. Su-  
per his posita est, ex mente Cl.  
D. VAN LOON parma cum tes-  
seris *Austriacis*, littera c, pri-  
ma scilicet nominis CAROLI,  
circumclusa. Eam ambunt  
duo olivæ rami, sed supra il-  
lam cernuntur gladius & scep-  
trum, in diversa abeuntia. Ut  
verum fatear, quod D. VAN  
LOON scutum videtur, id sphæ-  
ram ego putaverim. Neque  
vero *Austria* scutum rotundum  
alioquin esse solet.

Occasionem D. VAN LOON  
nummo putat præbuisse, pa-  
cem inter Hispanos & Gallos  
anno 1668. Aquisgrani conciliatam,  
opera Anglorum, Batavorum & Suecorum, qui hu-  
ius ipsius rei caussa societatem  
iniverant; quæ pax Bruxellis,  
Antverpiæ & Madriti publice  
quoque promulgata fuit, Hi-  
spanis tamen parum grata, qui  
insignem Belgii partem amise-  
runt (a). *Ib. p. 21.*

a

## X.

CAROLVS II D. ei Gratia Hi-  
SPANIARVM ET INDIARVM REX  
FLANDRIÆ COMES. Protome  
CAROLI armata, ac torque au-  
rei velleris conspicua, fere ut  
num 1. In imo sub brachio  
Re-

<sup>Tab.</sup>  
XLVII Regis dextro nomen sculptoris  
legitur ROET. tiers.

In postica prospectus urbis *Ostende*, novis operibus seu munitamentis instructæ. Desuper tres genii comparent aligeri, quorum duo sertum tenent laureum, & ex his alter tubam insuper inflat, in quam manus e nubibus prodiens velut digitum intendit, ac tertius denique dextra palmæ ramum sustinet, fin. schedam volitantem, cui chronogramma, annum salutis MDCLXXII. exprimens, inscriptum: *NeptVno ID frenVM CaroLVs apposVt.* Postremo in ambitu legitur: *FLANDRIA OSTENDÆ*, scilicet nova opera addidit.

Crescentibus magis magisque Gallorum opibus, Hispani experientia edocti, quam parum fida firmaque pax cum illis esset, atque adeo novum bellum, brevi exarsurum, pertimescentes, maxime cum *LUDOVICUS XIV.* anno 1671. cum exercitu in Flandriam, quamquam nihil hostiliter agens, descendenter (a): adversus omnem impetum Belgium defendendum rati, loca castellis idonea dicto anno muniverunt, operibus antiquis nova addiderunt, tanto quidem studio, ut etiam Clerici opus facerent.

In primis restituerunt fossas *Ostende*, earumque securitati novis operibus prospexerunt. Cuius rei testis hic nummus, anno tamen insequenti percussus. *M. Imp. a. LOCHN. ad*

(a) Vid. RIENCOURT. hist. de Louis XIV. tom. I. p. 379. Item Anonym. vit. c-

an. 1739. p. 241. *V. L. T. IIII. CARO-*  
*LUS II.*  
*HISPAN.*  
*REX.*

### XI.

CAROL. *us II. D. ei G. ratia*  
*HISP. aniarum ET. INDIAR. um*  
*REX. 1673.* Protome CAROLI armata cum insigni ordinis aurei velleris, capite nudo cum longis capillis, & ad levam converso.

In aversa pes anterior leonis sceptrum, per coronam transiens, e nubibus protendit, adiecto lemmate: *EX. VNGVE.*  
*LEONEM. 1673.*

Tritum hoc proverbium de iis, qui insigni aliquo virtutis specimine edito, plurimum a deo spem faciunt. Rex ergo CAROLUS, cum ad Batavorum se applicasset amicitiam, eorumque afflictis rebus adversus Gallos, a quibus gravissimo bello, anno præterito, obruti erant, promptissimum tulisset auxilium, iunctis suis copiis exercitui Hollandico & Cæsareano, qui mox *Bonnam* cepit, ætate adhuc vix tantis matura rebus; præclarum hoc calculo, *Antwerpiae* cuso, virtutis argumentum, unde plura aliquando speranda sint, edidisse perhibetur.  
*V. L. l. c. p. 120.*

### XII.

† CARLOS. II. DEI. GRATIA.  
REY. DE LASPAÑAS. Y. DE LAS.  
YNDIAS. 1679. Effigies Regis togati adversa fronte, ad medium corpus, cum pileo cristato in capite, & torque aurei velleris, dextra sceptrum tenuis, sinistra demissa: ab

G g 3 hume-  
iusd. vernacula script. tom. I. pag.  
608.

CARO-  
LUS II.  
HISPAN.  
REX.

humoris insuper cingulum de-  
pendet.

SANT. IAGO. PATRON. DE.

SPA-A. ORA. PRO. NOBIS. 1679.  
Eques dextra acinacem denuda-  
tum, sinistra vexillum tenens,  
equo incitato vehitur. In pro-  
spectu similes duo alii decurrunt.

Crediderim hos equites ex or-  
dine S. IACOBI hic exhiberi, pa-  
ratos videlicet defendere *Com-  
postellam*, ad ossa eiusdem S. A-  
postoli proficiscentes; quod or-  
dinis scilicet officium esse scimus,  
eo fine instituti anno MCLX. &  
confirmati ab ALEXANDRO III.  
anno MCLXXV.

In galea equitis maioris seu ex-  
tantioris concha cernitur, in stra-  
gula equi plures repetita: hæc  
itidem inter ordinis pertinet in-  
signia. Si quid recte coniicere  
possim, dies quidam solemnis,  
ab Equitibus in honorem Patro-  
ni sui celebratus, nummo dedit  
occasionem; cum hic ipse annus  
Regi in primis nuptialis fuerit.  
*M. Imp. a. cuf. M. S. B. ene-  
inaurat. sed. fus.*

### XIII.

Adversa huius numismatis  
pars cum num. i. fere conve-  
nit: at ordinis aurei velleris in-  
signe haud comparet.

Aversa protomen MARIAE  
LUDOVICÆ regiae sponsæ exhi-  
bet ad medium pectus, capillis  
pretiosis gemmis distinctis, &  
ad tergum usque defluentibus;  
cum perigraphe: MARIA. LVISA.  
*D. ei G. ratia HISP. aniarum ET.*  
*IND. iarnm REGINA.* Insuper  
scalptor nomen suum adiecit,  
quod in antica & postica per-

partes impressum est: PHILIP-  
PVS ROTTIERS.

Rex posteaquam ex ephebis  
excesserat, atque ad puber-  
tam adoleverat, animum ad  
connubium advertens, misit  
anno 1670. in Galliam *Paulum*  
*SPINOLAM DORIAM*, qui fili-  
am Ducis *Aurelianensis* peteret.  
Quod necessitudinis sanctioris  
vinculum cum Rex Galliæ com-  
modum sibi putaret, consenti-  
ente quidem patre, haud du-  
bitavit Principem Virginem Re-  
gi CAROLO collocare. Hinc die  
XXXI. Iulii *Fonte Bellaqueo* nup-  
tiæ summo splendore, Principe  
de *Conti* Procuratoris munere  
obeunte, celebabantur. Atque  
harum nuptiarum monumen-  
tum præsens hoc numisma est.  
*Ib. p. 270.*

### XIV.

Adversa pars cum num. i.  
convenit.

MARIA. LUDOVICA. D: ei G:  
ratia HISP: aniarum IND: iarum  
REGINA. Protome novæ Regi-  
næ eximie comtæ, dextrorsum  
verfa.

Est nummus nuptialis, quem  
& D. VAN LOON loco citato  
exhibit, adeoque ad annum  
1679. referendus. *M. Imp.*  
*a. ar. obductus.*

### XV.

CAROLVS II. D. ei G. ratia HI-  
SPANIARVM ET INDIARVM REX  
FLANDRIÆ COMES. Effigies Re-  
gis fere ut num. precedenti.

In aversa dextræ iunctæ, me-  
diæ inter scuta *Hispanie* & *Fran-  
cie*, nec non *Castellanae* satrapæ  
*Cor-*

hebis  
bera  
n ad  
mit  
salou  
i fil  
teret  
boris  
com  
fensi  
du  
Re  
c die  
nup  
ncipe  
inere  
tque  
men  
ct.

L  
G  
rum  
legi  
sum  
em  
ato  
um  
np.

H  
EX  
C  
X  
M  
R